

theca competit in bonis heredis, nisi omiserit facere inventarium, Nogueroi ex multis, allegat. 1. num. 73. Mantio. num. 8. Amat. variar. part. 2. re. dnt. 81. num. 23. Marta de success. legal. part. 4. n. 18. art. 12. num. 115. 116. Vivi. decis. 606. nu. 11. 31.

31 Ex dictis supra constat, Ancharrani opinionem omnino veram esse, & ex ea non leve sumi fundamentum ad id, de quo agimus, comprobandum; nam haeres adhuc sciens rem legatam esse, triginta annorum praescriptione, aut quadraginta, repellit legatarium; nam ad hujusmodi praescriptiones bona fide non indiget, jure Civili, non Canonico (cum absque peccato rem legatam detineat, dum a se non petitur; juxta ea, quae diximus supra, a nu. 19.) d. l. si quis emptiois; quae cum desideretur ad fructuum acquisitionem, l. bona fidei 48. ff. de acquir. rer. dom. ideo etiam si fructus restituat, praescribere potest: quod verum est, si pure, si sub conditione, si voluerit, legatum sit; utroque enim modo praescriptioni erit locus: primo casu, ipsa legati actio tempore peribit; secundo, jus consequendi legatum annexum facultati declarandi voluntatem, similiter abolebit. Unde aptissime adducitur hoc argumentum ad probandum, posse praescribi facultatem redimendi ex pacto retrovendendi, quanquam emptor non ignoret jus primi venditoris, quandoquidem haec inter se tantam habent similitudinem.

Ibi: Tandem utcumque sit.

32 Neque obstat haec ratio differentiae, quam D. Covarruv. assignat; quoniam notum est, legatariis, ubi pure legatum est, actionem competere etiam ante acceptationem; Anton. Gom. dict. nu. 7. in princip. maxime post aditam hereditatem; quo tempore non solum credit, verum & venit dies, quae res relicta peti potest; l. cedere diem 213. ff. de verb. signifi. & quemadmodum ante acceptationem dominium legatario quaeritur, l. legatum 82. ff. de legat. 2. juncta l. cum pater 79. §. Surdo, eodem tit. dict. l. a Titio, ff. de furt. Anton. Gomez. supra. Sanch. consil. moral. libr. 4. cap. 2. dub. 16. nu. 1. D. Covarr. in c. Raynaldus, §. 1. n. 1. eodem modo actionem oriri, dicendum est: & hoc praemittunt DD. omnes supra allegati, qui asserunt, posse praescribi adversus legatarium: qui loquuntur, etiam si non acceptaverit, siquidem actio antequam oriatur, ut praescribatur, ratio non finit; argumento textus in l. Titio ususfructus 95. ff. de condit. & demonst. Bald. consil. 143. n. 1. 2. Merlin. dict. quest. 80. n. 21. 22. Ex quo constat, legatario oriri actionem ante acceptationem, licet haec ad plenam acquisitionem legati intervenire debeat, & illa ex ipsa petitione inducitur; cum sic factis voluntas declaretur acceptantis, ut patet.

Ibi: Et praeterea quia legatario.

34 Non haec secunda, quoniam etsi legatario magis imputandum sit, quod non postulerit legatum, qui nihil praestare tenebatur, quam venditori, qui reddere pretium debet, ut rem redimat; tamen sufficit ad praescriptionem, quod venditor per tot annos redimere non curavit, nec praesumitur semper inopia laborasse: sed si probaret toto tempore fuisse impeditum; aut praescriptio non procederet, aut concederetur contra illam restitutio, ut diximus supra, de debitore, num. 26.

Ad Num. 6.

Opinio Angeli etiam apud neotericos juris Professores magis obtinuit, Hermosill. in dict. l. 42. gloss. 1. n. 6. cum sequentibus, August. Barbof. in collectan. ad dict. l. 2. n. 18. 19. Cod. de pact. in emptor. qui utriusque partis defensores collegere; Trentac. lib. 3. resol. 10. de empt. n. 25. Guttier. de juram. confirm. p. 3. c. 1. nu. 9. in fine, Gratian. discept. cap. 2. a n. 1. Menoch. plurimos alios referens, d. consil. 143. nu. 23. Bolognet. in l. petens, n. 42. vers. Sed magis placet, C. de pact. Gregor. Lop. in l. 42. gloss. 1. tit. 3. part. 5. Azeved. in l. 4. n. 42. tit. 6. lib. 8. Recopilat. Olafch. decis. 69. n. 12. Thesaur. quest. forens. lib. 2. quest. 72. nu. 2. B. lib. part. 4. part. 5. princip. n. 4. in fine, Tufsch. lit. P. conclus. 31. n. 10. Vuelembach. consil. 2. n. 84. Quamvis contrarium, praescriptioni locum non esse, multi sentiant; Canc. var. part. 3. cap. 7. n. 206. Pat. Molin. disp. 374. nu. 7. Gail. lib. 2. observat. 18. Mynsinger. cent. 1. observat. 16. nu. 4. Fachin. controversiar. lib. 2. c. 13. vers. Sed contraria, Cevall. dict. quest. 207. n. 14. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 7. nu. 28. Pro qua sententia Angeli considerandum est, quod etiam adjectis illis verbis, Semper quandoquaque, vel aliis similibus, adhuc posset dubitari de voluntate emptoris, utrum vel ex praescriptioni renunciare; nam ut Guttier. dict. cap. 1. nu. 9. 10. ex multis textibus probat, per illa non excluditur legalis praescriptio. Et cum simus in dubio, non est admittenda juris proprii renunciatio, Carleval. d. tit. 3. disp. 19. n. 14. & disp. 23. nu. 43. de quo supra. num. 13.

Deinde concessio, quod de voluntate pateret, potest deficere ad talem praescriptionis renunciationem, cum fuerit inducta non favore eorum, contra quos agendum erat; sed odio actorum, in poenam tantae desidia circa res, & substantiam propriam; Argel. de acquir. possess. quest. 1. art. 6. n. 22. cum seqq. Bart. in d. l. nemo potest, nu. 19. ff. de leg. 1. D. Covarr. in d. reg. possessor. §. 12. n. 4. vers. Quarta conclusio, atque ideo renunciatio emptoris nullius debet esse momenti. Sicut Senatusconsulto Macedoniano filiusfam. renunciare non valet, quia odio creditorum emanavit; Anton. Gom. variar. tom. 1. c. 6. n. 7. vers. Quod primo extendit, D. Covarr. in c. quamvis pactum, part. 2. §. 3. nu. 4. vers. Ego vero, Petr. Greg. Syntagm. lib. 22. c. 2. num. 9. Guttier. de juramen. confirm. p. 1. cap. 43. n. 5. & alii, quos refert Hermosill. in l. 4. gloss. 12. n. 17. 18. tit. 1. p. 5. Imò neque juramento firmari talem renunciationem sentit, nu. 19. licet sit controversum. Atque ita in pacto retrovendendi praescriptionis expressam renunciationem, inutilem putant Boer. decis. 82. num. 8. 9. Trentacinq. tit. de emptio. resol. 10. n. 26. Menchac. de success. creat. l. 1. §. 10. n. 6. Hermosill. qui alios laudat, d. l. 42. gloss. 1. n. 14. Bald. §. p. 5. principal. n. 6. Rip. in l. nemo potest, n. 104. ff. de leg. 1. Gregor. Lop. supra. Caldas in d. l. si curatorem, verb. Sua facilitate, a n. 71. Seraphin. de privileg. juramen. privileg. 51. nu. 7. August. Barbof. nu. 21.

Tandem in his praescriptionibus utilitas publica versatur, nam cum publice interficitur exterminari, ac finiti, cap. fin. litibus 5. de dol. & contum. leg. properandum 12. C. de judic. princip. Inst. de pen. remer. litigant. ita & earum causas, actiones scilicet, citius extinguuntur, cum cessante causa, cesset effectus; c. cum cessante 60. de appellat. atque ita docent Flamin. de resignat. benefic. lib. 3. quest. 5. nu. 12. 13. Carleval. tit. 2. disp. 6. nu. 23. Cyriac. controvers.

controvers. 10. nu. 50. Surd. decis. 120. n. 4. Sed privatorum pactis derogari juri publico non potest, l. jus publicum 39. & ibi Gloss. ff. de pact. Ergo nendum tacite, sed neque expressim renunciari poterit praescriptioni actionis, quae ex pacto retrovendendi competit. Etiam si dicatur non obstante quacumque praescriptione, Boer. decis. 182. nu. 8. & 9. Vivi. comm. lib. 1. opin. 579. Trentacinq. d. nu. 26. Tufsch. supra. n. 7.

44 Ex his inferitur, Angeli opinionem rationibus contraria esse potiore; atque ita eam amplectuntur frequentius DD. quorum aliquos retulimus supra.

Quod si pactum fiat de revendendo ad tempus, nullo termino assignato, communiter placet, jus redimendi decem annis transcursum praescribi; Trentacinq. d. resol. 10. nu. 15. Topat. variar. sentent. tom. 2. tit. 407. c. 1. vers. Juris redimendi, Tiraquel. supra. §. 1. gloss. 2. n. 8. August. Barbof. in collectan. ad dict. l. 2. nu. 15. Hermosill. dict. gloss. 1. n. 6. vers. Primus est: Ne admittatur purgatio morae, etiam intra modicum tempus, Hermosill. n. 34. Mantio. lib. 4. tit. 31. nu. 48.

45 Hodie autem cum per l. 63. Tauri, quae est 6. tit. 35. lib. 4. Recopil. actio personalis lapsu viginti annorum praescribitur, facultas redimendi eodem tempore peribit; Ant. Gom. d. c. 7. n. 28. Parlador. rer. quotidian. lib. 1. c. 1. §. 14. n. 11. Azeved. in d. l. 4. n. 42. 48. tit. 6. lib. 8. Recop. & in d. l. 6. ex n. 33. Canc. var. part. 1. c. 13. n. 51. Hermosill. ubi proxime: Quicquid dicat Cevall. d. q. 207. a numero 30.

At quoniam inter hos DD. opposita inveniuntur responsa, aliis decem, aliis, viginti annis jus redimendi praescribi, asserentibus; sciendum est, antiquius diversimode de d. legem Regiam Tauri ab Hispanis Interpretibus fuisse intellectam; atque ita quibusdam placuit actionem personalem decennio praescribi, quibusdam viginti annis durare: quod diffidium postea sublatum est, addita clausula quadam dicatae constitutioni, per quam Regia autoritate declaratum fuit, ad praescriptionem actionis personalis, viginti annos praeterisse; necessarium esse; Paz in praxi, tom. 1. part. 4. c. 3. n. 14. Parlador. d. cap. 1. §. 12. Guttier. in d. l. nemo potest, n. 490. 491.

Vers. Secundum, constat.

46 Diximus, ad tricennem praescriptionem sufficere peccatum abesse, etsi scientia juris alieni habeatur. Imò idem hodie dicendum videtur in praescriptione viginti annorum, de qua in dict. l. 63. Tauri, non obstante quod de jure communi sine bona fide viginti annis non praescribatur, D. Covarruv. dict. §. 12. nu. 4. vers. Tertia conclusio, Argel. dict. quest. 3. articul. 4. num. 22. nam cum mens ejus, qui Regiam condidit constitutionem, fuerit, naturam actionum restringere; verosimile valde est, voluisse praescribi eas posse sine bona fide, sicut antea triginta annis praescribebantur, dum tamen peccatum non admisceatur; alioquin per legem illam potius ampliaretur, quam coarctaretur actionum natura; siquidem raro contingit, ut praescriptio hujusmodi cum bona fide debitoris procedat: atque ideo si diceremus, hodie bonam fidem desiderari ad praescriptionem actionum intra viginti annos, lex illa potius faveret, quam officeret actionibus; quod admittendum minimè est adversus intentionem Legislatoris, quae, ut omnes agnoscent, fuit, actiones breviori tempore exanguere eodem modo, quo antea longiori ex-

tinguebantur. Neque actus ultra, vel contra agentis mentem debet interpretari, & ad finem unum inducta, non debent contrarium operari, l. non omnis 19. ff. si cert. petat. cap. quod ob gratiam 61. ubi Gloss. de reg. jur. in 6. l. legata inutiliter 19. ff. de leg. 1. Cyriac. tom. 1. controvers. 28. n. 15. Cevall. tom. 2. quest. 900. n. 57. Menoch. consil. 116. nu. 35. Argel. de legitum. contradit. quest. 10. art. 6. nu. 85. Pareja de instrumentor. edit. p. 2. tit. 7. resol. 3. n. 72. Unde si peccatum non intervenerit, scientia juris alieni neque hodie obstat actionem personalem praescriptioni; licet hoc valde sit controversum: tamen qui docent, cum mala fidem actionem praescribi non posse, debent intelligi de ea, quae cum peccato juncta est, contra quam duntaxat juris Canonici prohibitio procedit, ut supra ostendimus.

Vers. Tertium, etiam si.

48 Haec limitatio ad opinionem Angeli, ut possessori jus redimendi competat, non obstante praescriptione tricennali, ab omnibus admittitur, Tiraquel. dict. §. 1. gloss. 2. n. 29. 30. Mantio. lib. 4. tit. 31. nu. 26. Trentacinq. de resol. 10. nu. 29. Guttier. in d. l. nemo, a nu. 38. Merlin. in simili quaestione, d. q. 80. nu. 43. 44. Hermosill. nu. 22. August. Barbof. nu. 19.

Vers. Quarto aded quibusdam, & no. 7.

49 De hac limitatione est quaestio inter DD. pro qua consulendi sunt Trentacinq. nu. 28. Thesaur. dict. lib. 2. quest. 72. Seraphin. de privileg. juram. privileg. 51. nu. 8. Roder. Suar. in l. post rem judicatum, notat. 2. n. 6. Guttier. dict. cap. 1. nu. 14. Azeved. in dict. l. 6. nu. 17. 18. Tiraquel. nu. 7. Mantio. n. 28. Gratian. disceptat. forens. cap. 12. nu. 53. 54. & receptum communiter est, quod si pacto retrovendendi adjiciatur juramentum ad ejus firmitatem, nihilominus praescriptio non impediatur; non tamen tricennalis sufficit, ut plerique ex laudatis volunt, sed quadragenaria desideratur; quia juramentum ad illud tempus protelatur actionem; Hermosill. nu. 17. Sed quando expressè renunciatum est praescriptioni, juramento adhibito, temporis lapsus jus redimendi non tollit, latè Guttier. d. c. 1. nu. 14.

Ultra has limitationes, sex refert Hermosill. dict. 51. 42. gloss. 1. Prima est, cum contrahentes longius tempus, quam triginta annos, ut redimi possit, praescripserunt, num. 18. Gregor. Lop. in dict. l. 42. gloss. 1. Fabian. de Mont. de emptor. in 3. quest. 7. quaestiois princip. Tiraquell. supra. nu. 40. Secunda; si promittatur totius retrovendere, quoties jus redimendi fuerit praescriptum, nu. 20. Trentacinq. dict. resol. 10. nu. 31. Cald. supra. verb. Sua facilitate, n. 85. 87. Azeved. in l. 6. n. 29. tit. 15. libr. 9. Recopilat. Tertia, quanda emptor obligatur cum hypotheca ad retrovendendum, nam ad quadraginta annos actio protelabitur, nu. 21. Ant. Gabr. supra. dict. tit. de praescript. concl. 6. n. 15. Marefc. var. lib. 2. cap. 57. nu. 1. Gozad. in l. 2. nu. 80. Cod. de pact. int. empt. & vend. Quarta, cum assignato tempore certo ad retrovendendum pacifcitur, quod lapsus temporis non noceat, usquedum de majori termino contrahentes conveniant; Gregor. Lop. supra. per Clement. quandiu, de appellat. quae tuta Herm. non videtur limitatio, n. 23. Quinta, in contractibus usurariis, aut reprobatis, nu. 24. Trentac. nu. 29. Mantio. lib. 4. tit. 31. n. 40. 42. Tiraquell. a n. 32. Cagnol. in d. l. 2. n. 88. Bald. 4. p. 5. princip. q. 3. in fine. Ultima, si interveniat enormissima laesio, nu. 25.



Gregor. Lop. *supr.* Quibus addenda est alia ex Falgolio in *dist. s. eodem jure, in fine.* cujus alibi meminimus, quando venditor egestate tentus, nequivit ullo tempore pretium restituere; nam impedito agere praescriptio non nocet: *d. l. 1. C. de annal. except.* quam non admittit Barbof. in *d. l. cum notissimi*, nu. 82. per textum in *l. continuus 137. §. illud, ff. de verb. obligat.* quo probatur, paupertate non excusari à mora debitorem; Sed responderi potest, ibi tractari de creditore agente ad id, quod sibi debetur, cui favere aequum est; nos autem de excludenda praescriptione, quae odiosa est, atque ita Merl. n. 36. concedit; saltem ex hac causa esse eum, contra quem est praescriptum, restitutione juvandum.

Est notandum, jus redimendi ex pacto retrovenditionis, cedi aliis posse, Olea de *ces. jur. tit. 3. quest. 2. nu. 37.* Noalis de *transmi. cas. 57. num. 6.* Hermosill. ex multis, *supr. gloss. 2. nu. 1.* Amat. *var. tom. 1. resol. 13.* Utrum autem minori competat restitutio contra lapsum temporis ad redimendum? docent Ant. Gom. *d. cap. 2. num. 27. vers. Quero tamen*, & alii, quos refert Barbof. in *d. l. 2. numero 35. 36.*

Ad Num. 8.

52 Haec sententia, quod jus redimendi censum redimibilem nunquam praescribitur, approbavit postea Pius Quintus suo Moruproprrio, edito *decimoquarto Kalendas Februarii anno 1569. quarto sui Pontificatus*, formamque tradidit horum censuum impositioni, de quo Virgini. Bocac. in *singular. de interdicitis cap. 18.* Redoa. de *reb. Eccles. non alien. rub. 16. 17.* Navarr. in *summ. c. 17. d. n. 234.* Salazar de *usu & consuet. c. 8. nu. 45.* Ludovic. Lop. de *contract. & negotiation. c. 57.* Baptista in *tract. de usur. & l. 2. C. de pact. inter emptor. §. 2. n. 60.* nam juxta illum nec centenaria, aut immemorialis praescriptio objici potest; Cyriac. *tom. 1. contro. vers. 24. nu. 1. cum sequentibus*, Molin. de *justit. disput. 374.*

53 Sed illa constitutio non ubique recepta est, sic in Germania non est in usu, Bernard. Graevæ. *ad prax. Camerae Imperial. lib. 1. conclus. 7. in coronide*; Neque apud Belgas, Lessi. de *just. lib. 2. cap. 25. dubit. 3. num. 33.* Neque in Avenionensi civitate, Tondut. *question. civil. cap. 59. nu. 5.* Neque in Hispania, Bobad. in *polit. lib. 2. cap. 17. n. 41.* Henriquez in *summ. lib. 7. cap. 20. §. 1. lit. I. Valasc. consult. 133. nu. 10.* & plurimi alii, quos congescit D. Joseph. Vela *dissertat. jur. tom. 2. dissert. 33. n. 20.* de quo dubitari non potest, extante *l. 10. tit. 15. lib. 5. Recopil. ubi ita declaratur.*

Nihilominus D. Covarr. praesens assertio ab omnibus proculdubio est admittenda; nam census redimibilis semper redemptioni subicitur, nulla obstante praescriptione, ut quotidie videmus observari, nam hoc est de natura hujusmodi censualis contractus; Cenc. de *cesib. p. 2. cap. 1. q. 3. art. 7. à principio*, Gratian. *discep. c. 258. nu. 18. 19.* Gutierrez. *practicar. lib. 2. q. 168. nu. 4. vers. Et primo fallitur.* Rota apud eundem Cencium *decis. 151. nu. 2. & 5.* Olea de *ces. jur. tit. 3. q. 2. nu. 42.* Petr. Gregor. de *cesib. q. 5. n. 33.* adeo ut pacto coarctari, aut tolli facultas redimendi non possit, Olea, *ibi*, Duard. *ad Bullam, §. 6. q. 39.* Leonard. de *usur. q. 67. per totam.*

Verf. Postremo frequentissimè.

54 Pacta emptori onerosa pretium minuunt, *fund. partem 79. ff. de contrah. empt. Cyriac. controvers. 63. nu. 43. 48.* Ripa in *l. 1. §. si haeres, nu. 25. ff. ad*

Trebellian. *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. nu. 38.* & de *retract. convention. in proem. nu. 20.* Menoch. *cons. 1169. n. 7.* Cognol. in *l. 2. n. 243. §. C. de rescindend. vend. Olafsch. decis. 91. nu. 10.* Sic pactum retrovendendi, non gravamen emptori infertur, succedit in locum partis pretii, ipsumque extenuat in tertia, vel quarta parte, secundum regionis consuetudinem, vel iudicis arbitrium; Lessi. *d. lib. 2. c. 22. dub. 14.* Bonacin. *oper. moral. tom. 2. tract. de contract. disp. 2. quest. 4. de cesi. n. 7.* Cagnol. in *d. l. 2. C. de pact. int. emptor. Cyriac. contro. 255. nu. 41. cum seqq. tom. 2. Mascard. de probat. conclus. 447. nu. 7.* Menoch. de *presumpt. lib. 3. pres. 122. nu. 9.* Castill. *lib. 2. quotidian. cap. 25. à nu. 63.* Caroc. de *locat. tit. de usur. quest. 11. n. 15.* Scacc. *sub. §. 1. quest. 3. n. 37.* Joseph. Ludov. *Perus. decis. 97. n. 6.* Rodrig. de *ann. reditib. lib. 2. quest. 2. n. 8. 24.* Gamma, *decis. 178. n. 9.* Gratian. *d. cap. 258. ex n. 37.*

Justus autem valor censuum redimibilium taxatus est, *l. 12. tit. 15. lib. 5. Recopil.* nam si perpetui sint, viginti unum, si ad vitam unius, decem unum; si ad vitam duorum, duodecim unum in singulos annos reddunt, poena privationis statuta in Tabellionem conscientem instrumentum censuale, in quo ea taxa non observetur.

Sed eam legem restringunt frequentius Hispani Interpretes ad census, qui de novo constituuntur; nam jam constituti, non obstante ea constitutione, minoris vendi possunt, Sarmient. *lib. 7. select. cap. 1. nu. 2.* Cancer. *variar. part. 2. cap. 1. num. 281. & part. 3. cap. 1. num. 162.* Noguer. *allegat. 37. num. 69.* Dom. Larr. *allegat. 25. num. 2.* Thom. Sanch. *confitor. moral. lib. 1. cap. 17. dub. 19. num. 4.* & sic praescribitur testis est Gasp. Rodrig. *supr. lib. 1. quest. 8. nu. 7.* Salazar de *usu, & consuetud. cap. 11. nu. 93.* Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 21. dub. 2. nu. 3.* Giurb. *decis. 117. nu. 13. vers. Primo casu*, Cenc. *supr. cap. 2. quest. 8. artic. 6. num. 21. 22.* est contrarium teneant D. Covarr. *infra lib. 3. cap. 10. num. 3. vers. Caterum*, & alii, quos refert Hermos. in *l. 23. gloss. 4. num. 26. tit. 5. part. 5.* Quas sententias ex Feliciano, & aliis conciliat Olea *supra, tit. 6. quest. 10. num. 8.* ubi afferit primam procedere, quando venditor non se obligat ad securitatem census ac redditum: Secundam, cum ad utrumque se adstringit.

Ad Num. 9.

De his latius D. Covarr. *infra lib. 3. c. 8. nu. 6. §. 7.* & quidem quoad primum pactum, quo conventum est: ut nisi intra certum tempus redimatur census, maneat irredimibilis. Ubi Bulla Pij Quinti admittitur, (nam alibi non obligat Becan. de *just. & jur. ad quest. 78. D. Thomæ quest. 7.*) usurarius iudicabitur contractus, ac nullius momenti; etenim inter alias conditiones, quae in ea desiderantur, una est, quod semper redimere liceat, nulla obstante temporis praescriptione; & in fine subditur: *contractusque sub alia forma post hac celebrandos feneratorios iudicamus.* Atque sic docent, Bonacin. *d. q. 4. n. 40. vers. Ex quo patet, & n. 43.* ubi alios Theologos refert: Tondut. *q. civil. c. 61. n. 6.* Cenc. *q. 38. n. 7.*

Sed ubi talis constitutio recepta non est, ut in Hispania, pactum duntaxat vitabitur, ac rejicietur, subsistetque contractus, cum libera redimendi quodcumque facultate, ut cum D. Covarr. sentiunt Rebuffus ad *leg. Galliae 10. 3. tit. de constitut. reddituum, art. 1. gloss. 17. n. penult.* Joan. Garc. de *expens. cap. 9. nu. 75.* Cardos. in *prax. verb. Censu, n. 10.* Gutierrez.

- tierr. de *delict. q. 82. num. 32. 40. in fine, & 41.* Molin. de *just. disp. 391.*
- 60 Quod ad pactum alterum: ut non liceat intra certum tempus redimere, usurarium esse, multi sentiunt, totumque contractum inficere, & irritare; de quo Rodriguez *supr. lib. 2. quest. 1. num. 15.* Felici. de *cesib. lib. 1. c. 7. num. 6.* Gutierrez. *supr. quest. 82. n. 33. cum seqq.* D. Covarr. *infra d. lib. 3. c. 8. num. 8.* qui ait, in emptione annui redditus, quia odiosa est, & magis proxima vitio usurae, hanc solam conventionem pacto retrovendendi aditam irritare contractum: licet ceterarum rerum venditione alia sint necessaria adminicula, ut praesumptio usurarum inducatur. Sequuntur Menoch. *cons. 445. num. 14.* ubi plures, Hieronym. Gabr. *cons. 34. nu. 7.* Joan. Baptista Lupus in *l. 2. §. 1. nu. 42. in 2. lect. C. de pact. int. empt. & vendit.* Guid. Pap. de *contract. nu. 26.* Mascard. de *probat. conclus. 441. n. 6.* Azeved. in *l. 4. n. 38. tit. 6. lib. 8. Recopil.* Contrarium tamen, & sic quod valeat contractus, modò in pretio servetur aequalitas, sustinent Gutierrez. *n. 38.* Felician. *d. c. 7. à n. 5.* Molin. *supr.* & alii, quos isti referunt.
- 61 Et utrumque pactum licitum, ac justum esse, si cum deminutione pretii restrictio facultatis redimendi censum mensuretur, seclusa constitutione Pii Quinti, docet Lugo de *just. & jur. tom. 2. disp. 27. n. 111. cum sequentibus*, pretium enim minuit ob pactum retrovendendi; sed non ita minuendum est, restricta facultate redimendi, ac si libera foret; quae sententia quoad forum animae rectè procedit, in quo secundum veritatem iudicatur; non sic quoad forum contentiosum, in quo locus est praesumptioni, propter quam illae actiones rejiciuntur, & improbantur, quae usurarum speciem videntur continere; atque ita sunt intelligendi DD. proximè laudati.

#### AD CAPUT X.

De Sacramento Confirmationis: ad interpretationem textus in cap. Quanto 4. extr. de consuetud.

#### SUMMARIUM.

- 1 Qui de Sacramento Confirmationis egerint, ostenduntur.
- 2 Intellectus cap. quanto, de consuetud. remissivè.
- 3 Desinitur Confirmationis Sacramentum.
- 4 Confirmatio est unum ex septem Ecclesiae Sacramentis.
- 5 Penes Ecclesiam est potestas decidendi infallibiliter fidei controversias.
- 6 Omnia Sacramenta Legis gratia fuerunt à Christo instituta.
- 7 Explicatur l. II. tit. 4. p. 1.
- 8 Quando fuit Sacramentum Confirmationis institutum.
- 9 Quae sit ejus forma.
- 10 Quae materia proxima.
- 11 Quae remota.
- 12 In Sacramentorum administratione alia sunt de necessitate Sacramenti, & alia de necessitate praeepti.
- 13 Non possunt per Ecclesiam substantialiter immutari, quae in Sacramentorum administratione Christus adhiberi constituit.
- 14 An sit materia necessaria Sacramenti Confirmationis Chrisma, vel Oleum ad ipsius valorem sufficiat? Proponitur opinio tenens, Chrisma esse de necessitate Sacramenti.
- 15 Refertur sententia docens, oleum sufficere ad validitatem Sacramenti.
- 16 Eligitur prima, & explicatur cap. i. de Sacramento. non iterand.
- 17 Arrianorum haeresis versabatur circa Sacramentorum reiterationem.
- 18 Ratio dubitandi ad d. cap. i. proponitur.
- 19 Chrisma apud Graecos quid significat.
- 20 Sacramentum Confirmationis omitti absque culpa lethali potest.
- 21 Idem est, licet imminet periculum negandae fidei.
- 22 An sit aliquando mortale crimen! remissivè.
- 23 Est culpa lethalis, si omittatur ex contemptu.
- 24 Utrum venialiter peccet, qui hoc Sacramentum non recipit?
- 25 Ordinarius minister Sacramenti Confirmationis est solum Episcopus consecratus.
- 26 Simplex Sacerdos ex commissione Pontificis est extraordinarius minister ejus Sacramenti.
- 27 Sacerdos haereticus, aut quomodolibet ab Ecclesia praecisus, valet consecrare corpus Christi.
- 28 Episcopus ab Ecclesia separatus non privatur potestate conferendi valide Confirmationem.
- 29 Potestas, quam habet simplex Sacerdos ad conferendum hoc Sacramentum, pendet à commissione Pontificis.
- 30 Simplex Sacerdos non potest ex delegatione Episcopi administrare Confirmationem.
- 31 Simplem Sacerdotem non posse ex delegatione Pontificis ministrare Confirmationis Sacramentum, qui doceant?
- 32 An minores Ordines sint Sacramentum? Refertur negativa.
- 33 Assertiva probatur.
- 34 Prima Tonsura an sit Ordo, & Sacramentum?
- 35 Pontifex potest committere simplici Sacerdoti collationem minorum Ordinum.
- 36 Abbates benedicti Sacerdotes quasi Episcopalem jurisdictionem habentes jure communi conferbant minores Ordines subditis suis, tam Religiosis, quam secularibus.
- 37 Ea potestas coarctata est à Concilio Tridentino ad Religiosos.
- 38 An hodie possint Ordines minores Novitiis suis conferre?
- 39 Cardinales presbyteri suis familiaribus minores Ordines conferunt.
- 40 Collatio Sacrorum Ordinum non potest per Pontificem simplici Sacerdoti committi.
- 41 Quod possit Ordo Diaconatus, & Subdiaconatus simplici Sacerdoti per Pontificem committi conferendus, probant aliqui.
- 42 De potestate necessaria ad absolutionem Sacramentalium, qui tractant.
- 43 Potestas jurisdictionis ad absolvendum Sacramentaliter requiritur de jure divino.
- 44 Sacerdos alius non habens jurisdictionem absolvere potest in articulo mortis constitutum.
- 45 Potest etiam quemlibet à peccatis venialibus absolvere.
- 46 Pontifex, est potuerit, non est verosimile, errasse in decisione textus in cap. per venit, 95. dist.
- 47 Pontifex errare non potest quoad substantiam in rebus moralibus, quando aliquid pro Ecclesia universa decernit.
- 48 Pontifex non tenetur Cardinales consulere in definitione controversiarum fidei, aliarumve gravium causarum; licet rectius faciat, si consulat.
- 49 Pontifex errare non potest in canonizatione Sanctorum.
- 50 Exponitur locus, qui Divi Augustini esse dicitur.
- 51 An liceat defunctorum Reliquias venerari, quos sanctitate